

Chr. 219

Q. B. V.

II i
859

PIETISTAM

per X 187 6767

Status Evangelicos

accusatum & judicatum

Præside

JO. FRID. MAYERO,

Doctore & Professore Theologo, S. Reg.

Maj. Svec. & Reverendiss. Abbatissæ Quedl. Consilia-

rio in Sacris Primario, ad D. Jacobi Pastore &

Scholarcha

Sententiarum collationi

in

COLLEGIO DISPUTATORIO

exponet

DAVID SCHULTETUS, Hamburgensis

Opponentibus

STATIO HENRICO KREUTZENBERG.

APPINO THIELING.

ET CASPARO HULSEMANNO.

D.

Martii.

Hamburgi, Literis Joachimi Reumanni, Anno MDCC.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to the paper's texture and the ink's fading.

Small blue ink scribble or mark on the left side of the page.

Small blue ink scribble or mark on the right side of the page.





JESU FORTUNANTE!

THESIS I.



Pro fidei necessariis Evangelici Status *in prafat. Form. Concordiæ* communi Statuum nomine scripta & approbata (vid. *Hutteri Conc. Concord. cap. 26.*) illos tantum agnoscunt, qui NB. NB. IN RECTA PIETATIS VIA & agnita & haftenus constanter retenta defensaque veritate doctrinae caelestis perseverant, nec ab ea se abduci patiuntur.

At 1.) rectam pietatis viam vel ignorant turpiter vel impiè negligunt Pietastri hodierni. Probari hoc desideras? Pharisaismum illorum intueri, quem & docent & exercent: arma illorum, quibus & doctrinam & se tuentur, omneque in illis defensionis robur ponunt, *Libellos Famosos* cogita. Quem etenim Scriptorum, qui pestilentissimos Pietistarum conatus suppressere, libellis famosis hi homines non petierunt? horret referre calamus & detestabitur, si quæ futura est posteritas isthanc Pietistarum pietatem, cujus virtute omnem humanitatem exuerunt & ipsis agonizantibus per infames chartas bellum intulere. Argumento sit dirum illud diabolicumque carmen, *Epistola, quæ Pfeifferiani filii, tanto Patre dignissimi & in Ecclesia solatium nati*, nomen impudentissimè mentitur, in qua expressè famosi libelli scriptor fatetur, *sibi cum Pfeiffero, in ultimo vitæ agone constituto, negotium esse.* Illane vero recta Pietatis via?

2.) in agnita & haftenus constanter retenta defensaque veritate doctrinae caelestis non perseverant Pietistæ, quin potius doctrinas per confessiones nostras de Perfectismo, Enthusiasmo, Chiliasmo, Libertinismo ex orco revocant, aut revocanti patrociniò adfunt.

4 PIETISTA PER STATUS EVANGELICOS

3.) ab hac cœlesti doctrina non solum se abduci patiuntur, sed alios ut abducant, nullis parcunt laboribus, collusionibus, nullis sumtibus, artibus nullis. Ex quibus talis Pietistæ exurgit definitio:

Quid est Pietista?

Est homo in externa Ecclesiæ Lutheranae communionem degens, fanaticis favens erroribus, pietatem callidè simulans, illam autem per pharisaicum aliorum contemptum & odium internecinum erga diversa sentientes exercens, atque libellis famosis pietatem suam vel defendens, vel ut ita defendatur, cum impedire possit, permittens.

Th. 2.

Illos pro fidei sociis habent confessores, qui ut felicissimè perennent Libri Symbolici & ad posteros ut transmittantur omnem navant operam. Ita præfat. Form. Conc. §. Hortamur etiam severissimè, ut in primis juvenus, quæ ad sacrum Ecclesiarum & Scholarum ministerium educatur, in hoc fideliter & diligenter instituatur: ut ad posteritatem etiam nostram sincera doctrina professioque fidei, usq; ad gloriosum illum adventum unici Redemptoris & Servatoris nostri Jesu Christi (largiente hoc sancto Spiritu) conservetur & propagetur.

Quid Pietistæ? Hiskiam optant, qui serpentem hunc æneum hoc est Libros Symbolicos ob abusus, quos sibi fingunt, frangat. Ita autor Papismi Protestantium Vapulantis oder des gestäubten Pabstthums an den blinden Verfechtern der dürfftigen Menschen-Sagungen in Protestiren der Kirchen p. 62. 63. So haben nun die lieben Alten mit Mose, ob sie aber auch so expressen Befehl von Gott gehabt/ mag ein ander/ aus dem was kurz droben gesagt/ definiren, in der Wüsten des verderbten Zustands der Kirchen/ in welchem alles voll Schlangen-Gift oder Kezerey war/ eine Ehrene-Schlange erhöhet/ daß wo ja einer von dem Halsstarrigen Israël/ und unbeschnittener Geistlichkeit/ solte von einer lebendigen Schlangen oder formalen Kezerey ohnvermerckt angesteckt und vergiftet werden / er alsobald zu der Ehrenen-Schlange solte lauffen/ welche formula concordia heisset/ und sich / im Anschauen derselben/ wieder von dem empfangenen Gift der Kezerey reinigen und heilen lassen; doch nicht bloß durch die formulam, als welche an sich / als ein todtes Erz/ keine Krafft hatte / sondern durch die Gnadenreiche Hand Gottes

Gottes, die bey solchem Symbolo Wunder musste thun / und den an-
 gesteckten Juden Apoc. 2, 9. wo er in wahrer Begierigkeit geheilt zu
 werden / hinzu würde treten von dem Gift heilen. Dieser Anstalt und
 Absicht war ganz gut / und nicht zu schelten ; doch gleich wie die von Mose
 erhöhete Schlange hernach dem Volck zur Abgötterey Anlaß gab / also
 daß sie der fromme König Hiskia im Göttlichen Euffer musste zerbrechen
 lassen / wolte er dem Unheil steuren : also giengs auch zu mit der Ehre-
 nen Schlangen so formula concordiae heisset : der Teuffel richtete
 seinen Altar dabey auff / und die nachkommenen beteten sie an / trieben
 die abscheulichste Abgötterey damit. Sie richteten ihr Angesicht nicht
 mehr darauff sie anzusehen / sondern fielen blind auff das Angesicht dar-
 vor nieder / und zwungen darzu andere / diese Ehrene Schlange mit ih-
 nen / ohn Anschauen / blind anzubeten / wenn sie schon mit keiner
 Kezerey mehr vergift und angesteckt waren. Und solches treiben sie
 noch biß auff den heutigen Tag / biß der gerechte GOTT endlich ein-
 mahl einen Hiskiam erwecken wird / der diese Ehrene Schlange zer-
 schmeisset / zu Pulver macht / und sie den abgöttischen Baals Pfaf-
 fen zu fressen giebt : wodurch er sich so wenig an den lieben Alten / als
 Hiskias an Mose, der doch die Schlang auff ausdrücklichen Befehl
 Gottes / und nicht nur bono consilio, auffgerichtet / versündigen
 wird / noch dieselbe verunehren. Ich kan mir leicht fürmahlen / wie
 damahls die verblendete Baals Pfaffen über den frommen König wer-
 den geeuffert und geschrien haben / daß er die alte orthodoxie verwerf-
 te / von Mose abfalle / und desselben Satzungen verunehre / dieses aber
 alles ungeachtet thate der König was Gott und sein in Gott ge-
 gründetes Gewissen haben wolte. Also würden auch heute zu Tag die
 verfiasterte Gözen Diener ohne Zweifel schreyen / man fiere von den
 Lutherthum ab / welches sie doch durch ihre Ehrene Gözen recht zerstör-
 ret und aufgehoben / wo sich ein Christlicher Regent um den Schaden
 Josephs bekümmern wolte / und wo nicht die Schlange selbst verbren-
 nen / dennoch den Pfaffen die abscheuliche Abgötterey bey derselben
 verbiethen. Doch der Herr wird seine Ehre retten / und sie stäupen / daß sie
 ihre Gözen selbst werden von sich werffen und sein Antlitz suchen / wo nicht
 bey vielen alsdann die Zeit der Gnaden verflossen wird seyn. Præluserat
 autem huic Dn. D. Spenerus in der Abfertigung B. Pfeifferi p. 48.



6 PIETISTA PER STATUS EVANGELICOS

Redeant, per Deum, per Ecclesiæ salutem rogamus, in viam, alias illud Sionis veritatis confessores ingeminare necesse habent. Psal. CXXXVII, 7. *Memento Jehovah filiis Edomi dicentibus: Nudate, Nudate, usque ad fundamentum.*

Th. 3.

Fratres fidei illi sunt statibus præf. Form. Conc. §. Quare etiam: *qui ne latum quidem unguem vel à rebus ipsis vel à phrasibus, quæ in libris Symbolicis habentur discedunt.* Pietistæ non solum errores libris Symbolicis tribuunt & à phrasi eorum discedere jubent, quod Dn. Spenerus in scripto adversus me edito *Der Freyheit der Gläubigen*/ sociique ipsius faciunt. Sed Blasphemias *Jac. Böhmii* phrasibus, *VVeigeli*, *Hobburgii* Scripturæ & Libris Symbolicis e diametro adversas locutiones tolerant, emolliunt & in excusandis illis anxie sudant.

Th. 4.

Pro domesticis fidei Confessores illos agnoscunt Præfat. Form. Conc. quorum mens & animus est fanaticas opiniones & earum pervicaces doctores & blasphemos duntaxat palam reprehendere & damnare, quod illi errores expresso verbo Dei repugnent & quidem ita, ut cum eo conciliari nequeant. Pietistæ verò non solum fanaticas opiniones non damnant, sed tales inculcant, defendunt, promovent. Vide quid in *Petersenii*, *Kratzensteinii* causa actum. Confer Evangelium æternum Pietistarum (quod solide nuper Summe Reverendus Ministerii nostri Senior Dn. *VVincklerus* quem Deus servet! profligavit) & quære utrum illorum aliquis, *fanaticæ Bohmii* aut *VVeigeli* doctrina dicat aut dicere velit anathema?

Th. 5.

Fratres illos fidei volunt Evangelicæ fidei Professores, qui Augustanæ Confessionis verba non in erroneos detorquent sensus; Ita Præfat. Form. Conc. §. Porro, quod ad alteram Augustanæ Confessionis editionem, cujus etiam in Numburgicis actis fit mentio, attinet, animadvertimus (quod & notum universis est) quodam sub prætextu verborum posterioris illius editionis corruptelas in negotio cæna & alios errores contegere & occultare voluisse: & scriptis publicè excusis imperitæ plebeculæ obtrudere conatos: nec motos esse Augustanæ Confessionis (quæ prima exhibita est) disertis verbis, quibus errores illi palam

palam rejiciuntur: ex quibus etiam longe alia, quam ipsi volunt, sententia evinci potest. Visum igitur est nobis, hisce literis publicè testari & certiores facere universos, quod nec tum, ac ne nunc quidem, ullo modo voluerimus falsa & impia dogmata & opiniones (quæ sub integumentis aliquibus verborum late-re possent) defendere, excusare aut veluti cum doctrina Evangelica consentientes approbare. Pietistæ verò disertis Art. XVII. Aug. Conf. verbis non moventur, ut Peterfenii Chiliasmo contradicant, quin potius integumenta quærunt, sub quibus Chiliasmus latere possit. Vide quæ Dn. D. Spenerus aversus Pfeifferum & me disputavit, & quæ beatissimæ memoriæ Theologus ipsi plurimis scriptis, ego in scripto Herr D. Spener wo ist sein Sieg? resposuimus.

Th. 6.

Librorum symbolicorum scopus est Præf. F. C. ut turbulentis ingenis injiciatur frenum ne libidine innovandi & contendendi pacem Ecclesiæ offendant: *Præterea ea res ad hoc etiam confert, ut turbulentis contentiosisque hominibus, qui ad nullam formulam purioris doctrinæ astringi se patiuntur, liberum non sit pro sua libidine controversias cum offendiculo conjunctas movere: & prodigiosas opiniones & proponere & propugnare. At propterea libris Symbolicis infensi sunt Pietistarum Promachi, de servitute conqueruntur, quam Christiani in libertatem per Christum adserti patiantur. Hinc subscriptionem reduplicativam, quatenus suadent, & juramenta in libros Symbolicos odio habent. Vide Papismum Protestantium Vapulantem Cap. III. Was insonderheit der Religions Eyd auff sich habe / und mit sich führe / und wie man es in diesem Stück den Römisch Catholischen an blinder Grausamkeit weit vorthue.*

Th. 7.

Arma ergo spiritualia adversus hos homines pro conservanda fidei puritate capessenda esse, conjunctis viribus illos oppugnandos & in viam revocandos judicant status Evangelici, non obstante, quod scandala inde accipiant hostes & ex dissensionibus nostris multas sibi promittant accessiones. Ita enim Confessores in solida, plana & perspicua repetitione p. 629. *Etsi autem pia Confessionis illius doctrina, magna ex parte (præterquam quod à Ponti-*
ficio

ficiis factitatum est) non fuit impugnata: fateri tamen oportet, nonnullos Theologos in precipuis quibusdam & magni momenti articulis à doctrina illius Confessionis discessisse: veramque illius sententiam aut non assecutos esse, aut certè non constanter retinuisse, quosdam etiam ei alienam sententiam affingere conatos esse, qui nihilo minus tamen Augustanam se Confessionem amplecti simularunt, & ex ea, quasi gloriantes de ejus possessione, prætextus quasiverunt. Ex ea autem re gravia admodum & pernitiōsa in Reformatis Ecclesiis dissidia sunt orta: quemadmodum olim etiam, vivis adhuc Apostolis, inter eos, qui Christiani haberi volebant & de doctrina Christi gloriabantur, horribiles errores sunt exorti. Quidam enim per opera legis justificationem & salutem quærebant: alii resurrectionem mortuorum negabant: alii Christum, verum & æternum Deum esse, non credebant. His certè Apostoli sese & concionibus & scriptis severè opposuerunt: etsi non ignorabant, errores illos & de rebus tantis acerrima certamina gravissimam offensionem, tam apud infideles, quam apud infirmos in fide, excitare: Perinde ac hodie nostri adversarii Pontificii propter dissidia illa, inter nos orta, exultant: spem illam minimè piam & quidem falsam foventes, fore, ut ex nostris mutuis concertationibus, sana doctrina ruina & interitus consequantur. Infirmi verò interim valdè offenduntur & perturbantur: quidam dubitant, an inter tot & tanta dissidia etiam vera apud nos doctrina reperiat: quidam non vident, cui parti in articulis illis controversis subscribere debeant. Mota enim illa certamina non sunt λογομαχίαι aut de verbis inanes & non necessarie disceptationes: quales oriri solent, cum altera pars alterius sententiam non satis assecuta est: ut quibusdam fortasse, in hoc religionis negotio res habere videntur: qui existimant, disputari tantum de paucis vocabulis, quæ nullius penè, aut certè non magni sunt momenti. Sed res gravissima sunt, de quibus controvertitur, & prorsus tales, ut illius partis, quæ à vero aberrat, sententia in Ecclesia Dei nec possit nec debeat ferri, nedum excusari, aut defendi.

COROLLARIA

ex II^{do} Articulo August. Confessionis.

1. Peccatum Adamiticum non nuda tantum imputatione nostrum est. Neque id probat Cantici litera, Weil uns nun hat eine fremde Schuld in Adam alle verhöbnet.
2. Dantur & peccata involuntaria.
3. Peccatum Originis est peccatum verè damnans & afferens nunc quoque æternam mortem his, qui non renascuntur.

V077 211

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Kodak
LICENSED PRODUCT

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

